

In foro ipso, atque etiam in Xenotrophij magni porticibus
 extat marmorea mensa elegantissimis ijsce versibus
 scripta quos in urbis nostrae laudem a Decio Ausonio
 compositor esse ex eius libro qui nobilium urbium catalogus
 inscriptus est, apparet. Theatri etiamnum oblitterata no
 est memoria, unde et victoris templum ad theatrum dr.
 sic et circi qualiscumq; est mentio, cum Maria ad circum
 eodem nominamus, extat quoq; in varijs, Theodorici
 Gothorū regis epistola, qua subtracta, a Felice. v. i. **Lustre**
 Mediolanensibus annigis commoda restitui iubet. Idem libro
 viii. Mediolanensis fori meminit, in quo celeberrimi essent
 advocati quod subijcit de Herculeo lanacro, varie accipi
 potest. Veteres Herculeā balnea caſida vocabāt ut est
 apud Aristophanem νεφέλαις. alij Herculis templum
 fuisse ubi nunc est Laurentij ades, sed dubio procul recentior
 est illa structura quam ut ante receptam Christi fidem
 facta credi possit, ego Herculeam portam fuisse, quae nunc
 Ticinensis est, sicut Iouiam, quae ad arcem est, nempe
 sic, a Diocletiano, et Maximiano dictas, unde et Herculiae
 Thermae videntur appellatae, extāt ibi adhuc ex marmore
 xvi. columnae striatae, pars ut videtur peristylī, seu
 ut latine loquar, circumcolumnaris porticus, aliae enim
 alio abspertatae sunt. Ticināq; in diuā Mariae
 ad porticū aliquot adhuc visuntur.
 quas eo aduectas ex Thermis
 nostris conformis hae omnia